


15

PASSIO CHRISTI ELOGIIS ENARRATA

AB

Erudito viro Equite Lithuano, I. H. S.



VILNAE

Typis FRANCISCANIS
Cum Licentia Superiorum & Priuilegio
Anno Domini 1671.



Beneuole Lector.

Vt hiscè in Elogiis reconditos conceptus, defacatae mentis oculo penetres, passionis Christi Domini Historiam ad latus illorum, membratim apposuimus, quatenus hac methodo, in legendō procedas, nimirum, Historiam in mente habe, eiusque seriem vnicuique de tuo studio applica, quando quidem angustia marginum, illus ampliudinem haud valit sustinere.



96460

AD

ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM

D. IOANNEM CAROLVM

CZARTORISKI

DVCATVS IN KLEVAN

Generalem Succamerarium Palatinatus Cracoviensis Cremecensem, Sniatimensem, Markouiensem, Punicensem &c.

CAPITANEVM

Dominum & Patronum Colendissimum.

IN immenso Passionis Christi Oceano, fauentibus
Quadragesimæ auris, præciosissimas Marga-
ritas, erudito calamo expiscatas Illæ Celsiu-
dini vestræ nuncupandas duximus Ille. Princeps E-
nimvero haud inficias ibimus, si Celsitudinem vestram
gratissimum terris nostris Hospitem, hisce gemmis do-
nauerimus. Quatenus præaugustam Regni Poloniarum
Coronam, iùm sacram. Illustri & Reuerendissimi Prin-
cipis Anistitis Cuiavensis, Germani tui Insulam, in

sublimem gloriōsi sui Nominis verticem, Vrbi & Orbi
erectam, tum denique Dualem tuam Tiaram, Cœlesti
hoc prelio condecorēmus. In eam namque Gloriā
Pulcherrimo argumento assurrexit, Diuina Illu-
strissima Domus Tua Pietas, dum & facta Antīsiūm
pectora, & armata cordatorum Principum latera, Cru-
ce, contra hostes præmuniuit, ut eius memoriam, in
oculis vestris gestando, sub hoc signo, aut mori aut vin-
cere, perpetuum gloriemini, Fruere igitur Illustriſſi-
mū Princeps, hoc Czartoriskianæ Religionis Priu-
legio, securus Christi Tuela, cu us depropérato ty-
pū adumbratam Catastrophen, Illustrissimæ Celsitudi-
ni vestra, summa cum deuotione consecramus. Ipse
huius temporis opportunitas, obsequiosa studia nostra in-
uit, ne Crucifixi laudum vacui sisteremur, & per si-
lentium dissimulato gratiudinis obsequio, grata, Re-
ligionis nostræ supremum Patronum, in obliuione se-
peliremus, tum quoque ne eruditii ingenii facun-
dum partum, Diogenis in latebris latuare, sinamus;
Celata enim virtus sterile bonum est. que dum prodit,
admiratores parat, & omniuersit.

Illustrissimæ Celsitudinis Vestra

Deuotissimus

Conuentus Vilnensis

FF. Franciscanorum

CHRISTI IN CENACULO

ELCGIVM

Desiderio
desiderauis
hoc pascha
manducare
Lucas Cap.

22.

Longum Ieiunium Iesus Panem resolvit.
Excipit Convivio Apostolos

In quo

Novus homo ut adimpleret legem Politici
Panem dat, & Verbum.

Hoc

Quid vul-
ris mihi da-
re &c.
Matt. 26.

Iudas non manducat, vt venundet;

Avarus

Et post
buccellam
introiuit
in eum
Satanas
Ioan. cap.
15.

Quod vendere nequit, sumit:
Cena commigrat in scenam,
Christus contra inferos

Cum discipulis fædus percutit;

Quos

Vigilate &
Orate Mar
ci c. 14

Et accepto
Calice de-
dit eis &
biberunt
Mar. c. 14

Ad sacramentum petit, sui potat Sacramento:
Petrus à Cena verbosus
Fidum se Achatem mentitur.

Cæteri

Dñe ecce
duo gladii
hic **Lucas**
22.

A Calice ad gladiose se Convertunt;

Viator

Tragædiam specta ut lugeat;

A

CHRISTI IN HORTO

ELOGIUM.

Cælestis Sol

Rubro in mari incipit Occasum
Ad calicem caligat.
Sollicitus timor

In horto amorem oppugnat, non expugnat.

Vbi

Christus gladium iubet abiicere
Amor ut vincat,
Vincitur ille

Nil mirum quoniam proditoris
Iudaica fæx

Cum facibus Leonem comprehendit
Quem Iudas osculo illexerat.

Venit cum
laternis &
facibus Io-
an. c. 12.

Potestas tenebrarum

Ad capiendam Lucem cum lucernis venit
Cuius Fatum in laternis Cometæ præfagiunt.
Discipuli pullorum instar disperguntur.
Petrus fastiosus gallum audit.

Hospes

Sequere Petrum respiciet te Christus

CHRI. IN DOMO CAIPHAE

ELOGIVM.

Hic

SAcerdotes mendacium quærunt

Sed non inveniunt.

Ilic

Quoniam ipsa veritas.

Illud

Reperit Petrus in atrio

Vbi

Ancilla veritatem parienti

Leuanæ munus reiicit.

Domus officiola, summi sacerdotis.

Faciem Christi velans, amore reuelat.

Dum lilio rosam neftis

Candescensem conspuit.

Ibi

Quisnam impensius seruiat

Ab hospite prophetam quærat.

Noctu insanientes

Diù consilia inquirunt Seniores.

Nec Verbum minuant, festinant Scribæ.

Lector siste

Contractioni verbi stude

Quærer-
bant falsū
testimoniū
um Math-
eap. 29.

Et tu cum
Iesu Galil-
aeo eras
Matt. c.26

Tunc expu-
erunt in fa-
ciem eus
& colaphis
eum cecide-
runt Matt.
eap. 26.

CHRI. ANTE PILATVM

ELOGIVM.

Et ipsi non
introie-
runt in præ-
torium ut
non conta-
minaretur
Ioan. cap.
18.

A DE Fores Iustitiae fera consistit iniustitia;

Vbi

Inter voces Verbum non auditur;

Hoc

Percipit Præses veritate præsente;

Mendacium non intrat Prætorium,

Illuc

Quoniam veritas appellatur,

Barbara fames

Infamis respuit nutriti Barabba;

Lupina est Agnum inhiciat.

Iudex

Aqua abluit manus, os fædat sanguinem;

Causam mortis non inuenit

Quoniam crepuit.

Rumpatur & ipse qui Christum tradit;

Heus peccator

Tu quoties reperis?

Nullam
causam
mortis in
uenio in ea
Luc. c.

22.

CHR. IN ATRIOPRAETO.

RIF.

ELOGIVM.

Iustus Iudex Iustitiam apprehendit.

Cuius

Simplex apprehensio quia sine iudicio.

Eius Animus Columna durior

Iustum opprimit.

Quem

Lapide arripiunt Milites.

Ille flammescit.

Punctiones persentit.

Genuum flexionem sustinet

Quoniam Conuicium patitur,

Eia

Surgite ministri purpuram Coronato auferte.

Enim uero

Virginitas pulchra nuda

Quam purpurata pulchrior.

Lector

Si Peccatorum cladem aues

Christi chlamydem habes.

B

Et ueste
purpu: cir-
cum dede-
runt eum
Ioan: cap.
18.

CHRI. ANTE TRIBVNAL

ELOGIVM.

Ne Verbum dimittat Pilatus

Plebeia vox emittitur.

Vadè

Innocentiz solutio

Non soluat amicum à Cæsare.

Christum

Pæfari contradicentem accusant Iudizi

Cum Rex sit

Regere vult non regi.

Iniustitia Tribunal ascendit.

Iustitia foras descendit.

Iudicis tuba Regem turbæ occinit.

Hæc

Attention Cruci quam Regi

Quoniam carnifex.

Rabiosi lupi

Agni vocem sentiunt cruentum sitiunt.

Excæcatus Populus Regem non videns

Clamat extolle, tolle.

Præses

Crimen læzæ Maiestatis obicit, non abiicit.

Tu vero tuum abiice Lector

Introivit
ergo ite-
rum Pila-
tus in præ-
torium Io-
an cap. 18.

Regem ve-
rum cru-
cifigam Io-
an cap 18,

CHRISTI CRVCIFIXI

ELOGIVM.

Montem
Iudæi imponunt monti.

Vt

Quasi Gygantes Deum expugnent;

Inter nocentes Innocentia

Laterones reperit Latrones.

Pontifices vocabulo, vero Pontifici colludunt.

Amplificat populis fauces infesta irrisio;

Dum alter latro latrat in Leonem

Latrare alter excrucet.

In sanguineo mari Maria filium reperiit

Extincta Lucerna tenebras creat.

Scissum velum reuelat mysterium.

Ruptum latus quasi lacus

Ecclesiam sponsam lauat,

Tremens terra mortuos excitas;

Vt tu

Terrene viator exciteris.

CHRISTI SEPVLTI

ELOGIVM.

Pilatus mirabatur si
jam obiisse
Marci. cap.
14.

Pilatus miratur abiisse Christum
Quem voluit obiisse.
Iesum pretio Venditum
Prece redimit Ioseph.
Absque voce Magistrum
Mutus discipulus suscipit.

Ille

Gloriam Syon sindone inuoluit.

Quæ

Mortem à Iudeis subit in patibulo
Morem sequitur in tumulo.
Occisus nouvs homo

Exciso humatur in monumento

Ad cuius ostium lapis aduolutus

Hostiam celat.

Pharisæi fures timent

Nilmirum

Quia thesaurum sepultum non ignorant,

Idcirco lapidem signant.

Resignat Christus.

Viator

Ad Christum in corde terræ

Cor tuum ne lapidescat.

